Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



71

putauerit: seqz non sapientes: sed studiosos sapie vocauerunt: Quo facto & illos: qui temere sapientum sibi nomen abseruerunt: errores stulti neqz damnarunt: & seqz quoqz ipsos ignorantie: quam quidem non diffitebantur: Nam ubicumqz rerum natura ingenij sui oriz qi manifesto opposuerat: ne rationem possent aliquam reddere: refutiari solebant: nihil scire se nihil cernere: Vnde multo sapientiores inueniuntur: qui se aliqz expertiderunt: qm illi: qui se sapere crediderant:

QVare si neqz illi fuere sapientes: qui sunt appellati. neqz posteriores: qui non dubitauerunt insipientiam confiteri: quid superest: nisi ut alibi sit querenda sapientia: qua non est ubi qrebatur. inuenta. Quod aut putemus fuisse cause: cur tot ingenia atqz tpibus summo studio ac labore quesita non reperiatur nisi qz ea phi extra fines suos quesierunt: Qui qm pagratis & exploratis omnibus nusqz ullam sapiaz comphenderunt & alicui esse illam necesse est: apparet ubi potissimum esse querendum: ubi stultitie titulus apparet: cuius velamento deus: ne archanum sui diuini opis in proptulo esset: thesaurum sapientie ac veritatis abscondit: Vnde equidem soleo mirari: qm cum pytagoras & postea plato amore indagande ueritatis incensi ad egiptios & magos usqz peuenissent: ut earum gentium ritus & sacra ignoscerent: Suspicabantur sapientiam in religione uersari. ad iudeos tm non accesserunt penes quos tamen solos erat: & quo facilius ire potuissent: Sed auersos esse arbitror diuina prouidentia: ne scire possent veritatem: Quia nondum fas erat alienigenis hominibus religionem dei veri iusticiamqz noscere: Statuerat eni deus appropinquante ultimo tempore ducem magnum celitus mittere: qui eam pfido ingenuoqz pplo ablatam ceteris nationibus reuelaret: Quia dere in hoc libro aggrediar disputare: si prius ostendero sapientiam cum religione sic coherere: ut diuelli utrumqz non possit:

DEorum cultus: ut in priore libro docui: non habuisse sapientiam non modo quia diuinum animum hominem terrenis fragilibusqz substituerunt: sed quia nihil ibi disseritur: quod proficiat ad mores excolendos uitamqz formandam nec habet inquisitionem aliquam veritatis. sed trimodo ritum colendi: qui non officio mentis sed ministerio corporis constat: & ideo non est illa veri religio iudicanda: Quia nullus iustitie uirtutisqz preceptis erudit. efficitqz meliores: sta phia: Quia nullus religionem & summam pietatem iro habet: iro est vera sapientia: Nam si diuinitas: que gubnat hunc mundum incredibili beneficentia genus hominum sustentat: & qm prima indulgentia